



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VIII. Cœlum propriè beatorum sedem ac mansionem dici, ubi aliquid
de mundi fallaciis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

die oculos supra hanc caliginem, in qua volutur, & suspiciamus cælum. Non fuerat opera pretium nasci, nisi admitteretur ad contemplanda hæc alta. Quid enim erat, cur in numero viventium me positum esse gauderem? An ut corpus hoc fluidum ac perituum cibo potuque farscerem, diligens ejus minister? Non est vita tanti, ut eam amemus, nisi animum assidue erigamus in cælum. O quam contempta, quam ærumnosa res est homo, nisi se supra humana erexerit!

Non aberrabit à cælo, cui cælum semper in oculis, æternitas est in pectore. Turonensis Præsul Martinus Sanctissimæ, quam egit, vitæ initium & progressum dedit continuo cæli aspectu. Hinc & cæli suspex nominatus est.

Sanctissimi quique viri cælum assidue suspiciebant, velut patriam peregrini & exules; velut portum, navis fragili metuentes; velut coronam & præmium cum hostibus decertantes. Hæc illis contemplatio, in laboribus quies, & mœroribus solamen, in pugna robur, in adventis subsidium fuit.

Iñias vates digitum cælo intendens hortatur & clamat: *Levate in excelsum oculos vestros, & videte quis creavit hæc.* Sol unicus toto aquæ terræque globo centies sexagesies septies major est. Quid de reliquâ cæli vastissimâ planitie dicendum? O illa Senecæ verissima! Sursum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur. Hoc sciamus, omnia hic angusta esse. Quapropter eò mittendus est animus, ubi æternitatis immensi campi pateant.

Ejus rei Ecclesiæ preces sæpius monent. Quales sunt illæ: *Sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna.* Et ista. *Concede quesumus omnipotens Deus, ut qui hodiernâ die vigenitum tuum redemptorem nostrum ad cælos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in celestibus habitemus.*

Christus ipse quoties eò præiit, cum actionum suarum panem omnium hoc voluerit esse principium, ut sublevaris oculis in cælum cum Patre loqueretur. O imitemur, & cælum quam ærebertimè missis illuc oculis salutemus. Aspectus cæli laxat animum ac preparat ad cognitionem celestium, aptumque efficit, qui in confortium Dei veniat. Hoc habet animus argumentum dignitatis suæ, si illum divina delectant, si non ut alienis interest, sed ut suis.

CAPUT VIII.

Cælum propriè Beatorum sedem ac mansionem dici. Vbi aliquid de Mundi fallaciis.

Conducturus ades, primò eas inspicit: si placeant, id singulariter exquirat, num in iis stabilem possit sedem figere. Permoiestum est singulis annis cum suâ suppellectile huc illuc vagari. Habitatio si quæ placeat, tantò est gratior, quantò stabilior. Atqui toto terrarum Orbe, quod nostra nos Religio docet, nusquam is locus est, quo trita cantilena illa non occinatur: *Exi hospes, exi jam satis est, exi.* Quò igitur tandem eundem?

Christus extollens manum ad sidera: *In domo Patris mei, ait, mansiones multe sunt.* Mansiones in terrâ quæti possunt, inveniri non possunt. Nulla hic quies, nusquam mansio. Vaticinatus olim Moyses: *Introduces eos, inquit, & plantabis in monte hereditatis tuæ: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es, Domine; Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ.* Licet nos chalybe struere mus domos; non tamen firmum forent habitaculum. Inquilinos singulos mors extrahit, & subinde plures uno tractu. Demum & ipsa domus corrui. Ad eò nihil adamantinas mortis manus effugit. Ab Adamo quot centena millia, quot mille myriades seu milliones hominum

ad hanc usque horam mortui? Nulli hæc Regum aut Cæsarum de suo Palatio licuit dicere: *Hæc requies Psal. 137. mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Simile quid non nemo somniavit, sed denum paruit fuisse somnium.

Ludovicus XI. Gallie Rex ætate inclinante Medicis auri montes promisit, aut donavit. Deinde sanctos viros & filijs eduxit, quibus vitam suam non emendam, sed propagandam commendavit. Tali spe interrim & metu, ut in arce munita & fenestris ipsis atque omni aditu clathris ferreis obstructo, sese includeret. Obone Rex! hic nusquam est mansio, migrandum est.

In domo Artis, in cælo mansiones & quidem multæ sunt. Hic stabilis firmaque sedes, hic Beatorum quies, hic cantilena illa, *Exi hospes*, in omnem æternitatem proscripta est; quod hoc capite ita exequemur, ut simul etiam detegamus mundi fallacias, qui omni Euripo instabilior, mansionem nihilominus & quietem mentitur, ut incautos suis fluctibus involvat. Qui mundi perfidiam iniquitissimam probè noverit, mansiones illas æternas flagrantissimè desiderabit.

§. I.

Tarsensis Paulus non solum dixit: Non habemus hic manentem civitatem: Sed & illud insuper adjunxit, ut res exactè caperetur: *Præterit enim figura hujus mundi.* Elapsos centum annos sequuntur alii, seculum aliud ex alio nascitur, annus extrudit annum. Nos annum secularem millesimum sexcentissimum vidimus: Transiit hic annus, & post illum aliquot & triginta anni. Ubi proximus secularis annus millesimus septingentesimus illuxerit, ubi quæso nos erimus? Præterit figura Mundi, præterit.

Monachii, ubi hæc scribo, die quo ritu anniversario sacrum seculum obit moenia singulis olim septenniis, aut crebrius tam præterit quam novæ legis historias celsa pegmata (figuras vocant) repræsentant. Hæc sacra & solenni pompâ imago imaginem impellit, ab insequente pegmate pegma prius excluditur. Ita hæc præfigurationes omnes transiunt, posteriori priori urget, altera cedit alteri, prætereunt tamen omnes, nulla vel diem unum in viâ manet. Huic pompæ simillima est vita nostra. Spectamus tempus? Ver hiemem excludit, veri milis pomdat finem ætas, ætati autumnus, autumnus fugat ætatem. Etatem nostram attendimus? Infantiam claudit pueritia, pueritiam juvenus, juventutem virilis ætas, hanc senectus excipit, senectutem inter se morbi & mors dividunt. Pari modo voluptatem expellit aut mœror aut alia voluptas, alter alterius clausula est. Omnes prætereunt, brevissima sunt omnes. Jobus id asserens: *Gaudium, inquit, hypocrita ad instar puncti.* Huic aliter sentitur vatum maximus: *Vidi, ait, impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani, & transivi, & ecce non erat.* Quò formosissimus hic apex descendit? Quò solent omnia. Præterit, evanuit.

Nihil stabile aut firmum esse voluit ille rerum arbiter Deus nihil præter seipsum. Omnia ista quæ suspicis, quæ miraris, vicibus suis aut pereunt, aut certè mutantur. Solem illum vides? deficit. Lunam? laborat, & tabescit. Sidera? Labuntur & cadunt. Viderunt astrologi annis superioribus in cælo ipso nasci aliquid posse & moti. Quod si ad interitum mutationemque magna illa corpora & nostro sensu æterna, destinata sunt, quis ullam terræ stabilitatem promittat? Unus sub Tiberio terræ motus duodecim celebres Asiæ urbes evertit: Totidem Campaniæ oppida alius sub Constantino: Et unum aliquod Atticæ bellum, plus centenas. Quod terræ partibus, quod urbibus, hoc & singulis hominibus fatum imminet. Attolle, & circumfer mecum oculos, & vide rerum humanarum alternas vices, & ut in Oceano, æstus. Tu surge, tu cade; tu impera, tu servi: tu occultare, tu emerge.

Cur Martinus Turonensis Episc. cæli suspex nominatus.

Isa. cap. 40. vers. 26.

Domin. III. post Pentec. & die Ascensionis Domini.

In cælo stabilis firmaque est sedes beatorum.

Item annu. & decem missum.

Vita est ista. Veri milis pomdat finem ætas, ætati autumnus, autumnus fugat ætatem.

Job cap. 10. vers. 5. Psal. 36. & ecce non erat.

Stabile esse voluit præter seipsum.

§. II.

Baruch 1. 3. similiter interrogans: *Vbi sunt, inquit, Principes gentium,*
 Jer. 16. & qui dominantur super bestias quæ sunt super terram? Ex-
 terminati sunt & ad inferos descenderunt, & alii loco eorum
 exsurrexerunt. Nulla hic quies, nusquam mansio.

*Vergil. eclog.
1.*

Mundum opiloni composuisse honestum nimis elo-
gium. Si verum spectemus, carnifex est mundus. Anni-
tunt complurculi, cum in vicinâ civitate vir magni no-
minis ob pecularium patibulo additus, publice ductus
est. Jamque ferale hoc theatrum averti ascensu occu-
pandum erat, jam in fatalibus scâlis stabat reus, cum
carnifex blando imperio: Domine, inquit, unum adhuc
gradum superemus. Ascendit ille Dominus, & pependit.
Ita mundus innumeris per sanctos sealarum grad-
us eduxit, educitque in altum, ut lapsu graviore ruant:
illaqueos sceleribus in auras extrudit velut patibulari-
um. Nûquid non plures ejusdemodi nos ipsi novim-
us? Nec opus Amanum, Eutropium, Bellisarium,
Ruffinum magna nomina, nota Mundi ludibria huc
sistere. Sat fuerit unicum nominasse.

Plautianus Antonini Cæsaris socer opulentissimus
simul & potentissimus filia dotem dedit quæ reginis
quinquaginta suffecerit. Et populo Imperator minùs
erat formidini quàm Plautianus. Vox omnium erat,
cælum pridù ruiturum, quàm focero Imperator incom-
modatum irer. Sed vices, ut fit, verterunt. Nam Plau-
tium struete cædis infimulatur, ut Herodianus credi-
dit, Antonius gener in Palatio Romæ occidit. Nec satis
vitam ademisse Patri, filius Plautus & Plautilla filia in-
fulam Lyparim exulare iussi, paullo pòst necari. Plau-
tiani nomen super ex omnibus monumentis ac tabu-
lis erasum. I nunc, & quietem aut mansiorem in Mun-
do ambi. Optime Philo: Nihil est, igitur, inquit, in huma-
nis rebus ac negotiis præter uitam auramque levissimam sine
mori prætervolantem. Nulla mansio.

§. III.

O Piloni aut Carnifici Mundum contulisse nimis etiamnum honorificum est. Mundus vafra & crudelis bestia est, nec habebunt requiem die ac nocte qui adoraverint hanc bestiam, & imaginem ejus. Cum Ab-

Et ecce Jesus rei nobile paradigma. Judas Iscariotes re- Judas Iscariotes
bellis in magistrum discipulus, mulum quo veheretur, quæsit
B O breve nimis gaudium! Nam & hic fenum reperit quercum, quæ hæsit, elabente mulo. Cum enim argentum
rejecerit, iridentes Pharisei responderunt: Tu videris, cum Pon-
tute hoc intrivisti, tibi omne exedendum est. Quid ad- titicum fa-
nos? Tu videris. Ita mortalium miserrimum furiosus vores ambi-
pœnitentiâ præceps in desperationis quercum impigit, bit.

Hoc & Mundus aliquamdiu blandus & mulcens responderet: Quid ad me? tu videris. Sed clamat in arcto alumnus Mundi, & open poscit: Nec tamen alud audit, quàm istud: Tu videris: Quid hæc ad Mundum? Exede quod intrivisti. Conscientiam tu tuam neglexisti, favores Mundi quæstisti, DEVM offendisti, cælum perdidisti? Tu jam videris. Jam pende, jam palpita, jam infelicem animam effla: nemo juvat. Exi hopes, exi. Nulla hic quies, nusquam mansio, nusquam nisi in cælo, quod ipse tibi oculiflusi.

Prolemaeus Rex Aegypti potentissimus, ut Machab.
C. baorum res gesta memorant, intravit Antiochiam, & im-
posuit duodecimam capiti suo, Aegypti & Asia. Quierem
cogitaverat Prolemaeus & mandonem; sed tota Aegy-
ptro, Asia tota non reperit. Nam auid quid facer histori-
cus subjungat, Et Rex Prolemaeus mortuus est in die tertiâ: & ibid. v. 18.
qui erant in munitionibus, perierunt ab his qui erant intra ca-
stra. Nulla hinc quies, nusquam mansio.

Rex Medorum Arphaxad subjugaverat multas gentes imperio suo, quod sacra pagine testantur. & ipse edificavit civitatem potentissimam Ecbatanem. Ex lapidibus quadratis & factis fecit muros ejus in altitudinem cubitorum septuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta. Turres vero ejus posuit in altitudinem cubitorum centum. Firmissima civitas (quis negat?) in omnes hostium insultus. Nec defuit tanta potentie superbia. Siquidem Rex Arphaxad gloriabatur Ibid. v. 4. quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadragarum suorum. O mi superbe rex! brevi detumescet hæc animi elatio, & manio, quam struxisti, ad alium transibit. In eubis. Nunc Medorum.

D Ita evenit. Nam Nabuchodonosor Rex Assyriorum
pugnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum in campo
magno. Sic uno die, horâ unicâ tam firmæ mansionis
adificator petiit, & mansionem alius occupavit. Nulla
hic quies, nullquam mansio.

Propheta Jonas fuit textilis suâ filulâ, sub vitidî ten-
torio loquî letabatur plurimum. Quietem illi ac man-
tionem promittebat saltem æstivam, umbra amenissi-
ma. Hic federe, hic habitare, hic quiescere lubebat. *Er. Iona cap. 4.*
letatus est Ionas super hederâ lætitia magnâ. Falleris, mi Jo- vers. 6.
na, falleris. Nulla hic quies, nusquam mansio. Cras
istud certius credes. *Er. paravit Deus vermem æfensu di-*
luculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit. Ibid. v. 7. Dic jam,
ô Jona, mansio tua ubi est? Vermiculæ unicus, & he-
deram & umbram; simul etiam quietem ac mansionem,
& diem, & amenitatem omnem abstulit. In domo
Patris mansiones multæ: extra eam nullæ. In cælo Bea-
torum

torum sedes, in cælo quies est: ubi vis alibi standum & luctandum, ubi vis iniquis & innumeræ turbæ. Cælum quietis beatissimæ domicilium: quidquid turbæ aut timoris est, excludit in omne ævum.

§. IV.

Hoc loco forsitan rogemus: cur DEVS ad inspicendum cælum non saltem rimulam pandit? Hic in tenebris agimus, nec aliam cæli noticiam quam auribus accipimus. Quid testimonii datur oculis? omnes ordine, quo suâ quemque horulâ citat, morimur; Et nemo revertitur, qui referat & testetur quid in Orbe meliori viderit. Cælum DEVS venale proponit, & emi vult. Atqui mercator non solum

Emp. cap. 2.
vers. 5.

Horat. lib. 2.
ep. 2. ad Flo-
rum, initio.

Cur Deus
cæli volu-
ptatē celest.
1. Causa.
Ioan. c. 20.
vers. 29.
Rom. cap. 8.
vers. 24.

Secunda.

Laudat venales, quas vult extrudere merces. Sed eas insuper spectandas offert, emptorem alioqui nullum habiturus. At verò DEVS omnem cæli voluptatem ingenti studio celat.

Sed in promptu causâ est: Hoc fieri fidei ac spei gratiâ. Beati qui non videntur. & crediderunt. Quod videmus non credimus. Apertissimè Paulus: Spes, inquit, que videtur non est spes: Nam quod videt quis, quid sperat? Spe salvi facti sumus. Hinc plura ejuscemodi DEVS contexat velo, ut tantò fides esset firmior, quantò ab oculorum fallaciis remotior.

Deinde, si vel per rimam cælum inspicere liceret, non putem cibum, non somnum capere luberet; vix humanam amplius vitam ageremus. Vigilare solum & perpetuum laborare, & quam plurimum pati in votis foret cæli desiderio. Vigiliis, crediderim, & laboribus, ac jejuniis morbum contraheremus; exstinguemus vitam nimio astu gloria. Adeoque nimium esset calcar ad appetendum cæli præmium, cælum inspexisse. Atqui verò nostræ potestatis non est vitam abrumpere: vigilandum & expectandum dum auctor vitæ veniat dicatque: Jam veni, jam tempus est. Cælum autem longè melius emerebitur, si alter alteri, quam si quisque sibi soli serviat & prosit.

Sed dicta panè correcturus ajo tertio: Non rimam tantum aperit DEVS inspicendo cælo, sed & januam. Inspicite, gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Quidquid in Orbe hoc inferiore pulchritudinis & amenitatis est, quidquid dulcedinis ac voluptatis, id rimâ, id ostium in cælum, id cæli gustulus est.

Psal. 33. v. 9.

Duo observanda ad vitæ pietatem conducentia. Primum.

Atque hic duo quedam singularissimè observanda sunt, quæ ad omnem vitæ pietatem plurimum conducent.

Primum est, Omne quod quis patitur, non alio animo quam velut scintillam ex Orco accipere, ita simul ratiocinando: Si scintilla hæc aternalis unica sit urit, ô DEVS, quid illud tormentorum erit in illis ignibus totum jacere, & æternum uriri? Hæc omnis afflictio mea tanquam structura est ab inferis emergens momentaneum & leve, & tamen ita me cruciat: quantum, eheu, cruciabit ipsum æternitatis incendium? Est qui dicat: Tu illud quod quisque patitur structuras & scintillas vocites: Ego certè hinc atque hinc, super subterque premor angustis, undique afflictus, miser sum undique, in incendio luctor.

Crede mihi, mi homo, si DEVS alterum tantum ærumnis tuis adjiciat, nihilominus structura tantum & scintilla est quidquid pateris, ad æternos ignes collatum. Ab inferis clamor purpuratus epulo, Crucior in hac flammâ. Damnata capita flammæ sentiunt, nos solum scintillas ab his flammis. Quapropter æquo animo toleremus, quidquid tolerandum venit: afflictiones etiam gravissimæ non nisi scintillæ sunt ab illo æternitatis incendio. Hoc primum est.

Secundum.

Alterum: Quidquid in Orbe hoc oculis placet, quidquid gulæ vel auribus suave est, quidquid licitam voluptatem spirat, non aliter accipere, quam unicam mellis

guttulam, ex cælo, vel faccari celestis miculam, sic simul etiam ratiocinando: O bone DEVS, ô mi amantissime Conditor, si hæc amenitatis micula, si hæc guttula celestis melliginis, ita cor afficit ut subsulter, quid amici tui voluptatis haurient in cælo æternum beati, æternum beatitudinis securi? quos non stilla solum ætherei rosis asperges, sed melleo voluptatum mari perfundes & immerges: quam illis, inquam, benè erit, cum nihil voluptatis deerit, cum omni genere oblectationum affluat? Nos in cælo jam agere nobis videmur, cum voluptatis guttam lambimus. Interim mors à tergo insuperat, velut lavernio, quod non nescimus, interim nos mille vellicatæ miserie. Et tamen beatos nos credimus, cum vel inter lacrymas mellis aliquid libamus. Quanta igitur vitæ suavitas erit in cælo, ubi melleum illud beatitudinis mare nunquam deficiet, nullis turbabitur Euripis, nec unicam ejus guttulam æternitas tota exsicaverit?

Hæc duo omnia vitæ mala & miseria, velut Tartari scintillas, omniâque vitæ commoda & delicias, tanquam ætherei mellis guttulas interpretari; Hæc duo, inquam, ad omnem vitæ sanctimoniam, & ad insignem in virtute profectum incredibili erunt adjumento, si probe capiantur, & jugiter exerceantur; sic enim omnia in nostrum trahemus emolumentum. Atque hoc est, quod à beato Paulo discimus. Quando invisibilia DEI per ea, que facta sunt, conspiciuntur. Verbo dixerim? Si quid, ô Christiani, videritis aut sentitis mali, Orcum inspicite. Si quid ameni & grati, inspicite cælum, aperta sunt rimæ, patet ostium.

Rom. cap. 1.
vers. 20.

§. V.

Sic igitur quietem & mansionem querimus, oculos velut exploratores quavis die sapius in cælum emittamus. Romanus sapiens affirmat, eam Ægypto fertilitatem ab exundante Nilo provenire, ut ab agricolis non cælum, sed pronâ cupiditate spectetur tellus: Nemo aratorum, inquit, cælum aspiciat. Siquidem Nilus ante exortum canicula mediis aestibus augetur. Hunc nobilissimum amnem natura extulit ante oculos humani generis, & ita disposuit, ut eo tempore inundaret Ægyptum, quo maxime ista servoribus terra undam altius traheret, tantum hausura, quantum siccitati annua sufficere posset. Atque hinc Ægypti non cælum, sed Nilum aspiciunt; nec pluvias è nubibus expectant, sed è flumine.

Senec. lib. 4.
nat. quæst.
cap. 2. initio.

Annai verbis dixerim: Nemo amatorum Mundi, aspiciat cælum, aut semisomni tantum oculò. Cælum agricolarum horum est Mundus; ab hoc beatas auri pluvias, ab hoc favores & honores, ab hoc amenitatis & delicias expectant. O miseros agricolas! Et en vivam unius ex his effigiem ab ævo priori sumptam & litteris consignatam.

Vir domo gentèque nobilis, sed moribus & vitâ peccandi similior quam homini. Hic in convivio jam vino cimmis. Tacidus calefens, ac linguâ volubili & in peculantiam soluta ausus dicere: si mihi DEVS facultates meas ac voluptates eâ lege transcriberet, ut in annos mille meo arbitratu liceret iis frui, ego mehercle suum DEO cælum non generatim inviderem. Cantarem liberè: Cælum cæli Domino, terram inorituris autem dedit filiis hominum. Vita mihi voluptuaria ad mille annos extensa pro cælo foret.

Nominatim.

O Agricolas & scrospalcum! imò ô porcum aut scrofam! Hæcine oris Christiani? Nullus diabolorum tantam vili cælum æstimat, quod infra demonstrabimus. edit. Franco. Impius ille homo, quo nemo faciliè rusticior idololatriæ Ægyptiis deterior Nilum suum aspexit, non cælum.

O Christiani, non Nilum hunc, non Mundum, sed cælum suspiciamus; inde nobis imbres optatissimi, inde voluptatis omnigenæ beatitudo est. Nos quandoque vix ultra rusticanam impietatem illam sapimus, gratiam humanam & longiorem vitam tam anxie ambimus, perinde

esturi. 37.

perinde si salutis cardo in ea verratur: gratiam divinam querimus, sed supinè & intransigens humanam perditam irreparabilem jacturam stultè credimus. O homines rusticissimos! ò verè fatuos! Tam non fidendum vitæ quam gratiæ, utraque tam fallax quam incerta est. Nemo fidat vitæ:

*Horat. lib. 2.
epist. 1. ad
Augustinum
c. 1.*
Labitur occultè fallacique volatilis ætas,
Et nihil est annis velocius.
Nemo fidat gratiæ. Quanti
Ploravere suis non respondere favorem
Speratum meritis.

Nihil inanius, sed nec fallacius quidquam humanæ gratiæ. Qui tibi jam videntur favere, illud sub vitæ finem occidunt: Tu videris. Quare non Nilum, sed cælum vel centum oculis, toto vultu, pectore intimo suspiciamus? Lustrate Orbem, nulla hæc quies, nulla mansio. In domo Patris cælestis mansiones multæ, quies æterna.

CAPUT IX.

Quo pretio Cælum Beatorum sedes comparanda.

*Isaias vates
sermō li-
gendi dis-
cussus est.*
Hæbreorum vates Isaias, regiæ stirpis, in aulâ educatus, vir eloquens & stylus nitidi, annis ante Christum octingentis vaticinatus, horrendum sui vaticinii supplicium tulit. Nam cum regem impium Manassæ, omnemque illius aulam paulo liberius perstrinxisset, in carcerem, inde ad mortem raptus, terrâ & quidem lignea dissectus est; initio laniæ hujus à capite per medium hominem factæ. Horribile proflus tormentum, & vel ipsis spectatoribus oculis triste.

Hoc tamen Isaias, licet annum ageret centesimum vigesimum sextum, incredibili constantia pertulit, non minus morte quam vitâ clarissimus.

Vir iste sanctissimus cælum, & quidem etiamnum obleratum reverè magno emit; sanguine per tantis cruciatibus fuso gloriam cælestem obtinuit. Cælum esse venale gaudemus, sed quis illud emat tam carè?

Vitam pro cælo prodigere, & non invitum mori in magno ducimus; sanguinem etiam fundere, hoc durum. Cur cælo Deus naturâ non opulentissimus solus, sed & liberalissimus cælum à se vult emi, & quidem pretio tam grandis? Liberalitatis proprium est gratis dare. Hic duo ista veniunt explicanda: Primum, num cælum emendum? Deinde, quo genere monetæ? De utroque nunc pauca.

§. I.

*Cur pro
cælo labo-
remus tri-
plex re-
spondum.*
Natura corruptior nos tales genuit, ut liberalitatem potius alienam, quam nostram amemus. Malumus gratis accipere, quam dare. Hinc illæ argumentationes nostræ: Si quis ea omnia, quæ ab exordio ad finem vitæ passurus, sub uno aspectu posita videret, nunquam hilarescere posset, imò vivere recusaret tam duris legibus. Quorsum autem ista? Quid sibi vult tam longæ ærumnarum ordo, quid formidanda hæc calamitatum series nisi cælum expectat? spem cæli tolle, & nemo sponte miser esse cupiet. Pro cælo laboramus, pro cælo patimur. Longè tamen gratius foret hoc præmium, si gratis daretur. Triplex ad hæc responsum est.

Primum: Cælum Deus planè gratis dat. Crumenam auro plenam cum in viâ invenis, etsi manu attolis, tamen aurum gratis accipis. Domum occupas, sed domus Domino assensu rependis, tu certè gratis habitas. Cælo te Deus recipit, quid rependis? Collige omnia quæ rectè fecisti unquam, aut placidè tulisti ad illam mansionem collata, vix assensum unum constituent. Quæ igitur fronte cælum à te emptum jactabis? Tace, gratis accepisti.

Deinde: Omnia promerita nostra, vim suam omnem à Dei gratiâ habent. Aufer gratiam, & promeritum

Tom. I.

A nullum erit. Rectissime dixit Augustinus: Quod est meri-
tum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam? cum epist. 105.
omne bonum meritum nostrum, in nobis non faciat nisi gratia: contra vela-
tione sua. Cum ergo gratia gratis detur, gratis etiam & pag. 177.
cælum dabitur, non dandum nisi propter gratiam.

Tertium: Cælum Deus omnino gratis dare tam sui Tertium.
quam nostri causâ non potest. Sui causâ: Nam impiis ac rebellibus, imò cælum averfantibus, cælum vi ingere non potest. Justus ipse ac sanctus est: ergo capitalibus ac professis hostibus, & nolentibus beari, quæ aequitate aut necessitate Beatitudinem obtulerit? Cum ergo invitis cælum non det, dabit obedientibus & volentibus, qui hoc ipso cælum emunt dum obediunt, dum cælo assensu ferè volunt. Nostri causâ non penitus gratis dandum est cælum, nam beatitudo nobis tam suavis non accideret, nisi prius fel gustaremus. Post laborem dulcis est quies, post famem gratia refectio, post bellum jucunda pax. Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Donatio parum honorifica est, ubi nulla donandi causâ est.

Abrahamum Deus ad ingentem gloriam evecturus, promissit ex ejus posteris nasciturum Dei filium. Ut autem Abrahamus tantâ gratiâ non indignus censeretur, filium jussit immolari. O Domine, quam nihil das gratis? Imò verò, dixerit Deus, gratuitum hoc donum offero, sed simul causam donandi quero. Cum igitur Abrahamus in has dandi & accipiendi leges consentisset, filium etiam filium mactare paratissimus, mox Deus: Per memetipsum juravi, ait, quia fecisti hanc rem, & non pe-
Gen. cap. 22.
percisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & bene-
vers. 16.
dicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Significat autem, Quia
& seqq.
fecisti hanc rem, idè à meâ liberalitate consecutus es hoc munus. Ita Deus longè promptior donare, quam nos vult Deus
accipere, obedientibus dabit æternitatis præmium: ne se indi-
gno exhibeant, petant, apprehendant, eâ se non in-
gnos exhibeant, ad eam se non invitos ostendant.
Hinc illa Pauli ad Timotheum vociferatio: Apprehende præmio.
vitam æternam. Et unâ hortatur, idem aliis inculcet, ut
1. Tim. c. 6.
thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendat vitam æternam. In ergo donum, tu apprehende
vers. 12.
Nectamen desinet esse gratuitum, cum fuerit à te apprehensum. Quo modo, inquis, quâ manu apprehendam? Jam dicimus.
Ibid. v. 19.

§. II.

Aunt eos olim milites quos Soli dicatos scripserant cum sacramentum dicerent, coronam à mucrone gladii pendente accepisse. Quo quidem ritu significabant victoriæ & coronæ laudem, non aliter quam ferri cuspidem obtinendam. Si quæras, quâ ratione gloria cælestis sit acquirenda? Beatus Paulus, non aliud, quam quod modò diximus respondet: Apprehende vitam æternam. Porrigit Deus beatitudinis coronam, sed à mucronato ferro pendulam. Vis illam? Apprehende. Etsi manum ferri cuspidem non nihil lædas, non refert, modò coronam auferas.

Beato Paulo res certa est: Si sustinebimus & convergemus. 2. Tim. c. 2.
bimus. Si mortui sumus cum Christo, credimus quia simul
vers. 12.
etiam vivemus cum Christo. Christus verissimus regni hæ-
Rom. cap. 6.
res & summi regis filius, hoc tributum tamen & vecti-
vers. 8.
gal nihilominus pendit Patri. Quoniam sic scriptum est, Luc. c. 24.
& sic oportebat Christum pati. Eadem membrorum lex
vers. 46.
est, quæ capitis fuit. Quod beatus Leo expendens: Cer-
Leo. serm. 9.
ta, inquit, atque secuta est expectatio promissæ beatitudinis, ubi de
drages.
est participatio Dominice passionis. Gloriæ coronam nobis
comparamus fortiter agendo, & constanti sustinendo.

Isaias vates, cujus antè facta mentio, ad rem nostram Isa. cap. 62.
accommodatè: Et eris, inquit, corona gloria in manu Do-
vers. 3.
mini, & diadema regni in manu Dei tui. Corona è gemmis & auro dum imperfecta in aurificis manu est, mal-
T
licos,